



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

V. Genevam se confert.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

352
Academia fecerat, calices & ornamenta surrepta per sententiam iussus esse restituere. De fuga Beza qui plura scire cupit, Praefationem legat Jacobi Pelletarij Medici Cenomanensis, in libro de Orthographia Galliae lingua, tantopere ipsi amico, ut in Dialogis istis praecipuas partes loquendi ei tribuat.

Idem Beza quum Lausannae Graecas litteras profiteretur, edita inter alia Abrahami Sacrificantis tragoedia; nec illud suum.

Amplector quoque sic & hunc & hanc & illam,

multaq; alia impudicitiae plena, quae cum graui eius oppidi Senatui non tam facile se interpretaturum ac imine purgaturum animaduerneret, vna cum Candida sua sese rursus subduxit.

V. Beza in Geneuam appulsum Caluinus non humaniter modo sed & cupide excepit, iam tum hunc sibi in laboribus socium ac deinde in Pontificatu successorem fore praeficiens: suaque opera atque auctoritate effecit, ut Graecae linguae in Lausannensi Academia professio ipsi demandaretur, ac postea Theologiae, quam feminis quibusdam certis diebus explicabat. Dignum scilicet patella operculum. Adhuc Ministri nonnulli, Copus, Raymundus, & Enoch, apostatae omnes, tot flagitiorum comperto, & adhuc tam moribus quam vestibus lasciuienti homini locum dandum esse negarent; Caluinus tamen nulli cedens, perfecit, ut ad Ministerij functionem admitteretur: quem deinceps Beza in omni sermone patrem suum appellauit. Nomen eius interim multis passim scriptis traducebatur. Audi quid Heshusius Lutheranus de Beza senserit ac scripserit: quem ait, non adolescentiam modo per illicitos amores, adulteria aliaque flagitia turpiter exegisse, sed illa ipsa scriptis quoque & versibus diuulgasse, atque gloriam inde quaesisse. Incredibilem esse monstri huius impudentiam, cuius turpis atque impia vita per Cynica illa, impura & detestanda Epigrammata toti Galliae innotuerit. Eundem tamen siloquentem quis audiat, sanctum aliquem eremitam, aut alterum lobum: immo ipso Paulo Apostolo maiorem videri. Sic illum exilium suum, labores, vita integritatem ac sanctitatem laudare. Haec de Beza Heshusius: cuius reliquam vitam silentio praetereo, ut & id quod in Vireti hortis perpetravit: nec non quomodo post Candidae suae mortem, cum vidua quadam Itali iuuenula iam septuagenarius secundas nuptias contraexit. Vnum tantum adhuc indico, ut quae eius studia & mores ad sepulcrum usque fuerint intelligatur.

Nobilis quidam Aquitanus Anno MDC. Ro-
maruertens, vna cum Marocani regis Medico, ac per Geneuam iter faciens, Beza inuisit. Erat is tunica crasso filio contexta, & ad iuras usque demissa indultus, cingulo coriaceo, cui grandis praefixa erat fibula, cinctus, barbam gestabat oblongam, canam, & male pexam, promissam caesariem, cincinnis in humeros usque propendentibus, petasum latum ac pinguem. Manu tenebat schedulas quasdam multa littera inductas, quibus paullo ante Phaleuceos aliquot versus inscripserat, Amatorios an alios, incertum sibi Nobilis ille aiebat. Post acceptam ac redditam salutem, Beza illos ipsos versiculos ostendens, sic, inquit, ego tempus fallo. Tum Nobilis apud se, Hem! Itane sanctus hic vir, iam pedem alterum in Charontis habens cymba senectutem suam transigit! Sic in meditationibus Theologus occupatur! Constat certe, iam aetate decrepitem hanc patriarcham nugis istis abstinere non potuisse. Fama etiam est, de reditu ad Ecclesiam non semel eum cogitasse. Certe soror ipsius ad Episcoporum conuentum, Henrico IV. rege, Rothomagnum venit, ut nescio quid secreti de fratre aperiret. At difficile est, ipso Luthero teste, ut sectae alicuius princeps ac caput opinionem muret. Nolo hic recensere, quomodo in Colloquio Possiensi tamquam nouus Apostolus; quomodo item in praelio ad Druydas tamquam alter Zuinglius, se gesserit: in quo tamen praelio calcariibus magis quam gladio usus est. Et scilicet campi illi sunt, in quibus, ut ad Angliae reginam scribit, prima Euangelij semina iacta sunt.

VII. Beza Maroto succenturiatus, ita in eo labore versatus est, ut Psalmi ab ipso versi ab omnibus magno plausu, etiam a Catholicis excepti sint: ut qui faciles essent & modulis insuper ad instrumentalem, quam vocant. Musicam, accommodatis. Quocirca statim ab ipso Beza praestantissimi aliquot Musici, & inter alios Goudemeli quidam nomine, prece ac precio conducti, harmonias non inconcinnas eis addiderunt, summa cum modulorum tum suauitate tum varietate: a quo tamen velut aurium lenocinio Catholica Ecclesia semper abhorruit. Edocta ex canticis canticorum, ubi cum dixisset quidam, *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Statim à Casto spiritu audiuit dies. Fuge dilecte mi, Fuge: assimilare Caprea hinnuloque ceruorum, in montibus aromatatum.*

VIII. Nouum hoc Psalterium tanto studio etiam